Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

VI. Liturgiae canorae sive sex missae praemissis decem solemnioribus

Königsperger, Marianus

Augustae Vindelicorum, 1743

Ad Philomusum

urn:nbn:de:bsz:31-36121

Visual Library

Ad Philomuſum.

NEcdum Tres Anni abière, cùm veluti Sacrum quoddam Decachordon decem Miſſas ſolemniori ſtylo Compoſitas in lucem dedi. Non defuerunt autem deinceps Cenſores, qui eas paulò difficiliores judicarent, quàm ut â Choris non admodùm inſtructis, aut in diebus minùs feſtivis produci convenienter poſſent. Quòd cùm penitiùs mecum perpenderem, tum ut pleniori obſequio Divinarum laudum cultoribus deſervirem, tum etiam ut prædictis Miſſis ſolemnibus moderamen afferrem & complementum, laboribus non parcendum putavi, ſed ſex alias adjeci tam â facilitate Compoſitionis, quàm ab inſtrumentorum libertate cuicunque Choro atque diei accommodas. Quas dum inpræſentiarùm exhibeo, rogatos ſimul velim Muſicæ præſides, quò & canentium & inſtrumentorum præſcriptam amuſſim, quoad ejus fieri poteſt, meliorem in modum accurare non graventur.

Index Miſſarum.

I. Miſſa S. Placidi Abbatis. à IV. Vocibus obligatis. II. Violinis neceſſariis. II. Clarinis ex C. & Tympanis ad libitum cum Organo & Violoncello.

II. Miſſa S. Mauri Abbatis. à IV. Voc. obligat. II. Violin. neceſſ. II. Clarinis. ex C. & Tymp. ad lib. cum Organo & Violoncello.

III. Miſſa S. Joannis Nepomuceni. à IV. Voc. obligat. II. Violin. neceſſ. II. Clar. ex D. ad lib. cum Organo & Violoncello.

IV. Miſſa S. Wunibaldi Abbatis. à IV. Voc. obligat. II. Violin. neceſſ. II. Clar. ex B. ad lib. cum Organo & Violoncello.

V. Miſſa S. Theclæ. à IV. Voc. obligat. II. Violin. neceſſ. 2. Cornibus ex Dis. ad lib. cum Organo & Violoncello.

VI. Miſſa S. Walburgæ Abbatiſſæ. à IV. Voc. obligat. 2. Violin ad lib. II. Clar. vel Cornibus ex C. & Tymp. ad lib. cum Organo & Violoncello.